tradit etiam Zosimus 2, 9 (cf. de hac re Mo. l. c.). — 3) *Vocabulum erasum sine dubio fuit* Crispi *(in lapide iam nihil superest).* — *Titulus positus post d. 8 Nov. 323 (cf. supra N. 708 not. 2), ante finem anni 326, quo occisi sunt Crispus et post hunc ipsa Fausta.*

---

711 ! ! !o ! ! ! ! ! ! ![1] | inlustri et divinae[2] prosa[*p.*] | genitae, venerabili soror[*i*] | d. n. Constantini Aug. et | amitae | dd. nn. baeatissimorum C[*aess.*], | d. n. Fl. Iul. Constanti[*ae*] | . .

Romae, descr. Henzen (VI 1153). — 1) *Initio unus vel plures versus erasi sunt, deleto fortasse, ut coniecit Mo., nomine Licinii Constantiae mariti (minus recte ipsius Constantiae, quae postea nominatur, nomen hoc loco supplevit Henzen).* — 2) *Fortasse legendum* divina e.

---

712 dd. nn. | Constantino | maximo et | Liciniano Lici|nio Augg. et | Flavio Crispo et | Liciniano Licinio | et Fl. Cl. Constan|tino Caesarib|us b. r. p. n.[1]

Falerione Piceni (IX 5434, vidit Mommsen). Tituli hic et N. 713. 714 positi sunt inter annum 317 quo Constantinus et Licinius filios suos Caesares fecerunt, et a. 323 (vel 324, cf. Tillemont 4, 643. 646; Seeck Jahrb. f. Phil. 1889 p. 629) quo Licinius periit et tertius filius Constantini, Constantius, Caesar factus est. — — 1) *Bono rei publicae natis.*

---

713 dd. nn. Fla. Val. | Constantino | maximo et | Liciniano | Licinio semp. Augg. | et C. Iul. Crispo[1] | et Liciniano | Licinio et Fla. | Claudio Cons|tantino Caesss.

In agro Sabino prope vicum Rocca di Corno rep., columna miliariae viae Salariae, litteris malis (IX 5955 descr. Dressel). In eodem lapide incisus est etiam titulus imperatorum Valentiniani Valentis Gratiani. — 1) *Crispus modo Flavius Iulius dicitur, ut etiam in nummis, modo Flavius Valerius (infra N. 716. III S. 7172); praenomen C. alibi non reperitur.*

---

714 dd. nn.[1] Iul. Crispus et [*Lici*|*nianus Licini*]us et | Fl. Constantinus nobb. | Caess.[1] M. p. | XI. M. p. XI.

Prope Veronam, eadem columna in qua est N. 669 (V 8015 b). — 1) *Nec* ddd. nnn. *nec* nobbb. Caesss. *umquam fuisse in lapide notat Mo.*

---

715 perpetuae victoriae | ddd. nnn. Constantini | maximi triumphatoris | semper Aug. et Constanti|[*ni*] et Constanti et | Constantis nobilissi|morum ac florentissi|morum Caesarum[1], | Clodius Celsinus v. c. cons. | p. N.[2] devotus semper | numini maiestati|que eorum.

Cirtae (VIII 7011 ad exempla auctorum incertorum). — 1) *A. 333/7.* — 2) *Vir clarissimus consularis provinciae Numidiae.*

---

716 Flavio Valerio Crispo | nobilissimo Caes., filio d. n. | Constantini maximi | adque invicti semper Aug. | et nepoti divi Constanti, | Ovinius Gallicanus v. c. | praef. urb.[1] et iudex sacrarum | cognitionum, devotus | n. m. q. eius.

Romae, descripserunt Smetius aliique (VI 1155). — 1) *Ovinius Gallicanus praefectus urbi fuit a. 316 et 317, teste laterculo praefectorum apud chronographum a. 354.*

archive.org